

# IX Decisionum Aurearum Lib. I.

centur medici spirituales. Qui text. ita communiter receptus est, quando constat morbum esse mortiferum, & periculoseum. Imo si tunc medicus moneret parochium, vel eos, qui de infirmo curâ habent, ut infirmo sacramenta praebat, & ipse omittat dicere, non quia non vult dicere, sed quia putat infirmo nocitum, non peccat, Caiet. in verbo, medicus. Et quamvis infirmus nolit confiteri, non propterea à medico est relinquentius. Nauar. c. 25. num. 61. vers. 3.

**7** Verum t̄ oportet considerare, quando dicatur articulus mortis ad hunc esse etum, & ideo dicendum est, tunc vere dici, quoties frequenter solet mors contingere, & probabili suspicione timetur, quod arbitrio viri prudentis committendum est, Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. primo, num. 7. Huius modi videtur esse tempus praesentaneum, & instans periculum mortis, vt probabile naufragium, imminens periculum, grauis, & acuta febris, tempus item pariendi, quo ad mulierem, quæ nunquam peperit, vel experta est partus difficiles, Sotus d. 18. q. 1. art. 4. quinta concl. Nauar. capit. 2. num. 8. Quod intellige; modo sit copia confessarii, D. Tho. dist. 9. 4. dist. 17. q. 3. art. 1. [ Huius casu potest addi alius, scilicet si quis cibum aliquem, aut medicinam ob causam aliquam sumere cöpelletur, vnde verisimiliter timet, q̄ in perpetuam, seu diuturnam incider dementiam, tunc tenetur confiteri, idque iure diuino, alioquin omittens pro tunc confiteri, exponit se periculo decedendi sine confessione, & sine beneficio absolutonis, cui periculo tenetur obuiare, Med. cap. de confess. q. 14. in princ. ]

**8** Quartus casus t̄ est de illo, qui probabilitate videt illo anno copiam idonei confessori habere non posse, Sylu. in verbo confessio. 1. q. 2. Nam tunc iure diuino tenetur ad confessionem mortalium ratione periculi carendi confessore, quæ tunc habet, non habiturus tempore necessario. Hæc itidem est omnium recepta sententia consensu in 4. sent. dist. 17. vt refert

Couar. in d. capit. alma mater. 1. par. §. t. quinta concl. [ Ratio clara est; quia qui pro tempore futuro ad aliquid tenetur, si verisimiliter timet, se non habiturum tempore illo oportunitatem, & ad praesens habet, tenetur p̄quenire. huic enim ex eius sumitur in cap. licet, de ferijs. vbi conceditur ut die feriato, p̄tua Dominico, aut festo homines capiat halces, tūc aduenientes ( quia genus quoddam p̄ficiunt est ) quia in certum est, an similis oportunitas se offerat postea. ]

**9** Quintus casus t̄ est, quando conscientia dictat ad id se teneri, argum. cap. si. de præscrip. nisi illam deponat, si fuerit eronea, argum. cap. inquisitione, de sent. excommunic. [ vbi nota in casu illum non absolute teneri ad confitendum tunc, sed ad unum de duobus, vel ad deponendam conscientiam, vel ea flante ad confitendum. Intellige tamen, tunc licite posse conscientiam deponi, quādā causam habet rationabilem illā deponendi. Si quereras quando potest eam deponere, dic q̄ si cum causa aliqua concepit, cum aliqua causa fortiore potest eam deponere. Alioquin si causas habet aequalis ad habendam conscientiam prædictam, & ad eam deponendam, fatus est dubitare, quādā in partem minus tutam declinare. Si vero habet conscientiam dictantem ad statim confitendum, & habet causam rationabilem illam habendi, tunc non est licitum illam deponere, & deponendo temere peccat. nam ipsa temeraria depositio non relevat illum, quo minus se periculo opus debitum remitten di exponat. Medin. c. de confess. q. 14. ]

Sextus est de illo, qui pluries voulit confiteri, arg. cap. magna, extra de voto, vel iuravit, aut acceptauit in penitentiā in remedium suorum peccatorum singulis quindecim diebus, uel mensibus confiteri; nam si non confitetur, cum possit, peccat mortaliter.

Septimus est de illo, qui suspecturus est Eucharistiā, vel effet sacram facturam, hoc est omnium Theologorum sententia, & D. Thom. dist. 17. q. 3. artic. 1.